

* (I.) *



B. C. D.

De

HERMUNDURORUM
METALLURGIA ARGEN
TARIA,

Tom

Erzgebürgischen Silber-bergkwerck.

PROOEMIUM.

Quantumvis forte hæc mea de Hermundurorum Metallurgia argentaria lucubratiõ nimis curiosa videri queat; tamen non illa vana erit ac inutilis. Præterquam enim, quod scitu undecunque dignissimum sit. quàm ante quinque secula dudum hæc opera floruerit, neque hodie sine gravi rerum utilium damno abesse possit; maximè illius utilitas Hermundurum allicere apta est, ut isti operam suam in eruenda ejusdem antiquitate ac usu non pigretur insumere. Etenim quis nescit Metallurgiam urbes & oppida excitasse, extructas amplificasse & illustrasse, opibus auxisse, nobilitatem conciliasse, Principes etiam evexisse, iisque incrementa, gloriam, dignitatem, & amplitudinem adeoque immortale decus contulisse? Neque tandem opinor, quemquam fore, qui putet hanc tractationem Studio meo præcipuo, quod Theologicum est, parum conducere; cum ipsa S. Scriptura scitissimis illustrationibus atque nervosis Similibus à Metallurgiâ

B 2 petitis,